

LXXVIII.

IL MEDESIMO AL MEDESIMO ^(a) (1).

[B, c. 63; (P, c. 56 B); C, c. 260; G, c. 153; (Go, c. 68)].

Padova (?)
1390-1397 (?)Ei si unisce al
padre lontano nel
celebrare la festa
del santo patrono,dal quale ebbero
tanti benefici nel
passato,e per la cui inter-
cessione sperano di
ottenere l'eterna
pace.Dal padre avea u-
dito come san Ge-
rolamo salvasse i
Vergeri da molti
infortuni anche
prima della peste
del 1349 (?),e vide egli stesso
come il santo li
protesse durante
quella guerra or-

URGET me, dilectissime pater, nostri gloriosi protectoris Hiero-
nymi sacra solemnitas ut ad te aliquid impresentiarum scri-
bam, quo devotionem tuam, his officiis semper intentam, filiali
scilicet admonitione excitem ad hunc diem precipua quadam reli-
gione et singulari letitia celebrandum ^(b). indignum equidem duxi,
pater optime, eius diem ^(c) in silentio preterire, a quo tam ampla
beneficia tamque grata dona percepimus ^(d): proximus est enim
neganti beneficium is qui tacet. quapropter etsi distantes corpore,
mente tamen et animo simul iuncti, solemnem diem in gratiarum
actionibus, sincera devotione et pia letitia peragemus. firmiter enim
credendum est quod, cum servitorum ^(e) animos bene compositos et
erga se bene dispositos viderit, concessa liberaliter confirmabit et
gratos longe maioribus beneficiis prosequetur, atque suis interces-
sione et precibus, ad quod omnes aspiramus, vita defunctis ad ce-
leste atrium viam pandet. multa enim, te olim memorante, pater,
ab eo nobis beneficia collata cognovi mentique tenaciter affixi, que
ipsius dono et gratia obtigisse sensim planeque videras, ut, si infi-
ciari velis, conscientia adversante non possis. nam, ut omittam
cetera, que, ante illam tempestatem toti fere orbi cognitam ^(f), in
qua et nos naufragium passi essemus nisi illius affuisset subsidium,
certa de eo erga nos miracula recensebas, et ad ea veniam que ipsemet
vidi, quis nos eo belli fragore ^(g) ⁽²⁾, quo cuncta terrebantur, cuncta

(a) *Codd.* Vergerio patri P. P. Vergerius filius salutem ovvero s(al.). (b) *P Go* cele-
brandum e qui si arresta l'epistola. (c) *G* eius domini (d) *G* percipimus (e) *B* ser-
vorum (f) *C* communem (g) *In marg.* B ha la nota seguente: « Nota hunc locum et

(1) Manca ogni indizio per determi-
nare la data di questa lettera, se si ec-
cettui quella della morte del padre del
Nostro, avvenuta, come s'è detto,
nel 1406. Dallo stile e dal contenuto
però non parrebbe certamente poste-

riore al gruppo di epistole dettate da
Padova prima del 1397, e quindi ab-
biamo creduto opportuno collocarla a
questo posto.

(2) Allude alla guerra di Chioggia
ed all'incendio di Capodistria nel 1380,